



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.14. Sturmii pars vitæ ultima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII.  
A. C. 779.

jurarunt. Anno sequente septingentesimo octogesimo, Rex res Saxoniae præfens compositurus advenit, & ad Lippæ annis fontes comitia celebravit. Tum cum usque ad Albim processisset, in loco qui lingua vulgari *Orabim* dicebatur, in adversa oræ ripa, multi Sacro fonte abluti sunt. Vinidorum quoque & Frisonum plurimi baptizati. Tunc ergo Rex Carolus, ut Religionem Christianam in Saxonia stabiliret, totam Regionem Episcopis, Presbyteris & Abbatibus distribuit, qui ibi habitarent & prædicarent; necdum tamen res ita erant pacatæ, ut Sedes Episcopales figi potuissent.

Chr. Mojs.  
an. 780.

§. XIV.

*S. Sturmii pars vitæ ultima.*

*Eginh.* Sub initium hujus belli Carolus quosdam Sanctæ vitæ Presbyteros miserat, qui conversioni Saxonum incumbarent; hujus enim amore potissimum ad arma capienda incitatus fuerat. (\*) Præceteris celebre sibi nomen S. Sturmii Abbas Fuldensis, & S. Willehadius pepererunt. Ab obitu S. Bonifacii S. Sturmii

Sup. lib.  
XLII. §.  
43.

(\*) Religionis propagandæ studium non fuisset justa belli causa, nisi & aliæ extitissent, quæ magnis Imperiis, quale tunc Francorum erat, ad bellum populis finitimis inferendum vix unquam desunt;

mius præter curam Monasterii sui, cui <sup>Sæcul. VIII.</sup>  
 præerat, assidue prædicabat verbum Dei <sup>A. C. 779.</sup>  
 applaudente populo. Has laudes æquo  
 animo non ferens S. Lullus Archiepiscopus <sup>vit. S. Stur-</sup>  
 Moguntinus consensit, ut tres falsi <sup>mii to.4. Act.</sup>  
 fratres Sturmium coram Rege Pipino <sup>Ben. p.279.</sup>  
 accusarent, quod in fidelitatem Regi de-  
 bitam peccasset. Et tunc quidem missus  
 est in exilium; sed postea iterum revo-  
 cato Regimen Abbatia Fuldenis reddi-  
 dit, & exemptum a Jurisdictione Archi-  
 episcopi Moguntini secundum Privile-  
 gium a Zacharia Papa concessum pro-  
 nunciavit, ita ut sub solius Regis præsi-  
 dio esset. Ipse Monasterio suo restitutus  
 mores Monachorum, qui se absente Disci-  
 plinam relaxaverant, reformavit, Eccle-  
 siamque & Monasterium ampliavit.

Postquam Rex Carolus Patri succes-  
 sit, Sturmium Abbatem, in fidissimorum  
 amicorum numerum adlectum, semper  
 amavit. Legatus ad Tassilonem Ducem  
 Bavaria, patriæ suæ, a Rege missus, pa-  
 cem inter ambos ad aliquot annos con-  
 firmavit. Cum Rex Bellum in Saxones  
 auspicatus est, eorum conversionem,

Cc 3

quam

defunt; Nam Carolus Magnus non solum Saxo-  
 nes ad suscipiendam fidem compulit, sed etiam  
 eorum terras suo Imperio adjecit. At Belli aliun-  
 de necessarii occasione ad invehendam Fidem  
 uti licuit.

Sæcul. VIII.  
A. C. 779.

quam sperabat securam, Servorum Dei precibus commendavit, & iter ingressus Episcopos, Abbates, & Presbyteros in exercitu suo habebat, qui pium laborem in se susciperent, magnam vero Regionis partem S. Viri curæ commisit, qui idonea tempora captans hunc populum hortabatur ad Idola rejicienda, Tempa destruenda, & Ecclesias ædificandas, ut eum Deo lucraretur.

In qualibet Regione Ecclesia una extracta, multis Saxonum in fide eruditis & baptizatis & Sancto Viro cum Presbyteris suis jam diu eorum conversioni incumbente, orta est seditio illa anni 778. quo decreverant de exercitu suo promptissimos ad Monasterium Fuldense incendendum, & interficiendos Monachos mittere. Hoc consilio detecto S. Abbas misit, qui Monachos de periculo moneant, suavitque, ut Corpus S. Bonifacii auferrent, & Hamleburgum se reciperent. Ipse ut barbarorum furorem evaderet, alio se fuga præripuit. Monachis jam quatruido extra Monasterium quasi in castris circum Sacras Reliquias excubantibus nunciatur, Saxones a Francis profligatos ad sua rediisse. Itaque Monasterium læti repetunt.

Carolus Rex, quo illos populos Christianis Sacris assuefaceret, voluit, ut S. *Annal. Fuld.* Sturmius aliquamdiu Eresburgi versaretur,

tur, quamvis infirmo corpore & fractis se-  
 nio viribus esset. Ad Monasterium deinde  
 reversus comitante Regis Medico, qui lan-  
 guorem pelleret, sed cum potionem ab  
 eo præparatam sumpisset, eo usque ægri-  
 tudo invaluit, ut statim moriendum sibi  
 esse sentiret. Ergo campanas omnes  
 pulsari, & totam Congregationem con-  
 vocari jubet, rogans, ut cuncti pro se  
 orarent; moxque singulos exhortatus,  
 ut in Disciplina perseverarent, animam  
 Deo reddidit anno 779. decima septima  
 Decembris, & Successorem habuit Bau-  
 gulfum. Ejusdem Monasterii Abbas  
 quartus Eigilius S. Sturmii vitam scripsit.

Sæcul. VIII.  
 A. C. 779.

Ann. Fuld.

§. XV.

*S. Willehadii initia.*

Sanctus Willehadius alter Saxonum  
 Apostolus, Presbyter gente Anglus, in  
 Nordhumbria natus, cum eum vehemens  
 desiderium subiisset ad convertendos Fri-  
 siones & Saxones operam suam conferen-  
 di, impetrata Regis sui, cui nomen Al-  
 cretus, & Episcoporum licentia in Fri-  
 siam trajecit circa annum 770. & in ipso  
 loco, in quo S. Bonifacius Martyrii coro-  
 nam consecutus fuerat, substitit. Ibi a  
 novellis Christianis humane exceptus,  
 diu cum ipsis versatus est, liberos viro-  
 rum nobilium erudiens. Multos quo-  
 que in errorem denuo lapsos ad Fidem

vit. tom. 4.  
 Act. Ben.  
 p. 404.

Sup. lib.  
 XLIII.  
 §. 20.